suis Terris et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in poste
rum ubicunque in regno Poloniae et Dominiis ducatibusque eidem incor
poratis habitis et habendis ad manus praedicti Hinck et successorum
eius obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta ter
restria Praemisliensia ante decursum unius Anni in hac vel meliori verbo
rum forma transferre et transportare. Sub vadio simili Mille
florenorum pecuniae monetae et numeri Poloniae, Pro quibus vadiis ex
quacunque re et causa succubitis et succumbendis, si se praefatus Ja
moyski cum successoribus suis eidem Hinck et posteris eius ad officium Ca
strensem Praemisliensem citare permiserit. Extunc obmisso suo quovis pro
prio [illegible] et foro competenti coram praesenti officio Castrensi Praemi
sliensi cui se actus praesentis respectu cum bonis et successoribus quoad
respondendum, alias ut supra scriptum est subiicit, in primo citationis termino
tanquam peremptorio quem sibi et suis successoribus in quolibet punctu
et gradu iuris facit et constituit peremptorium omni die et tem
pore non expectatis terminis querellarum, stare parere rudere ac pro
praefatis vadio et vadiis ab officio illo ad quod sic citabitur non rece
dendum sub simili vadio Mille florenorum pecuniae monetae Poloniae reipsa sa
tisfacere tubitur et successores eius tubuntur. Terminum ipsum primum
peremptorium et alios subsequendum nulla re exquisita nec colore excogi
tato neque inmediate neque extraneamente, vera vel simplici infirmitatibus
Actione pro maiori, terris quibusvis regalibus, statutis et consti
tutionibus novis vel antiquis laudatis et laudandis, non excipiendo nec pro
gando, Nec sibi ad eiectorem seu eiectorem si quem vel quos de iure habe
re possit ac ad quietam aliaque munimenta recipiendum, Quatenus nihil sibi
in auxilium contra praesentem inscriptionem citationem ex ea emanatis eorumque
defectus, sive illud sit iuridicum, recipiendum, Omnibus exceptionibus
Controversiis praescriptionibus suspensionibus Evasionibus motionibus
Appellationibus earumque prosequutionibus, Poena trium Marcarum et triplici poena
in parte reiectis et semotis, et dictionibus quatenus omnibus quae industria
humana parantur vadium et vadia praenominata non evadendum. Quo vel qui
bus solutis utique inscriptioni praesenti et omnibus eius contentis satisfacere debet
et successores debent. Nulla in praemissis praescriptione terrae obstante

herbort obligat thiskowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus
Generosus Joannes Herburth de Felstin et in Bruchnal heres, A terris dista
ctibus iuribusque suis quibusvis propriis recedendum, praesenti vero iurisdictioni Castren
Praemisliensi se cum successoribus bonisque suis omnibus terris et obligatoriis
quoad infrascripta tantum attinet incorporandum et subiiciendum sanus mente
et corpore exempto publice verbisque expressis recognovit, Quia bona
sua terrestria videlicet totam et integram villam Luzige in praesenti districtu consistentem
cum omni iure Dominio et proprietate et cum omnibus eorundem bonorum attinentiis per

tinentibus fructibus censibus proventibus laboribus emolumentis atque quatenus uni
versis utilitatibus quibuscunque dicantur nominibus et cognominibus a Graniebus
ad Graniebus sic videlicet prout praefatorum bonorum hereditates se in suis metis et
limitibus extendit et prout eadem bona solus ex antecessoribus suis te
nuit habuit et possidebat nihil iuris Dominii et proprietatis ac quo
rumvis usufructuum et utilitatum in eisdem bonis sibi successoribusque suis re
servando et excipiendo sed omnibus in genere et singulis in specie comprehendendo
Nobili Mathiae Thiskowski et eius successoribus iam exnunc ad fe
stum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum in su
ma Mille Ducentorum florenorum pecuniae monetae et numeri Poloniae quemlibet
triginta grossis Poloniae computandum, inscripsit obligavit et invadi
avit, Et in defectu prout ne exemptionis ad aliud simile festum
Conversionis Sancti Pauli proximum et sic a conversione ad con
versionem de anno ad annum Annis se sequentibus usque ad exemptionem
bonorum praefatorum et summae praefatae plenariam coniunctim persolutio
nem, Dum et admittendum eidem Thiskowski iam exnunc coram officio praesenti
in bona praefata obligata realem intronem et actualem pacificamque
possessionem per Ministerialem terrae Praemisliensis quemcunque sibi
duxerit ad intromittendum per officium praesentis iam exnunc ad id additum
in bonisque praefatis tunc dum ad eandem acceptandum cum Ministeria
li et Nobilibus venerit dare et libere admittere nulloque modo
per se vel submissas personas praepedire et impugnare se suc
cessores de omnibus bonis mobilibus et immobilibus inscribit et obli
get sub vadio similis summae Mille Ducentorum florenorum pecuniae monetae
Poloniae per ipsum Thiskowski et eius successores bona praefata
obligata cum omni ut supra scriptum est iure Dominio tenendum habendum pos
sidendum pro usque suo et successorum suorum meliori et utiliori con
vertendum usque ad exemptionem bonorum praefatorum et summae pre
fatae Mille Ducentorum florenorum pecuniae monetae Poloniae plenariam et
omnimodam coniunctim persolutionem in tertium terminum, Tenebiturque
praedictus Herborth et se de omnibus bonis habitis et habendis cum successori
bus inscribit et obligat eundem Thiskowski et eius successores in dictis
bonis et occasione eorundem ab omni quavis impetitione iuridica et extrain
ridica, omnibusque damnis iniuriis et impedimentis quarumcunque per
sonarum sexus status ac conditionis utriusque existentium necnon ab
omnibus iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis
vinculis reformationibus adinvalitatibusque cuicunque personarum super bonis
praefatis coram quibuscunque actis autenticis regni factis et faciendis
ab omnibusque citationibus, Concitationibus, Innotescendis lucris plurimis pre
nis vadiis triplicatis, ac quibusvis iuridicis progressibus super bo: